Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sanguis corroboret. Sic ubi inter cetera
sacrorum solacia manifestas. Nunc
inter indicias mirum purpuratas coro-
nas coronatus. S. matheum.
Nullo t. Dicebat illis turbis
iudeorum. et principibus sacerdotum.
Ecce ego mitto ad vos prophetas
et sapientes et scribas. et ex illis
occidetis et crucifigetis. et ex eis
flagellabitis in synagogis ve-
stris et persequimini de ciuitate in
ciuitatem. ut veniat super vos
omnis sanguis iustus qui effusus
est super terram a sanguine abel
iusti usque ad sanguinem zacharie
filii barachie quem occidistis in
ter templum et altare. Amen
dico vobis venient hec omnia super
generacionem istam. Jerusalem hierusalem
que occidis prophetas et lapidas
eos qui ad te missi sunt. quoties
volui congregare filios
tuos quemadmodum gallina
congregat pullos suos sub alas
et noluisti. Ecce relinquetur
vobis domus vestra deserta.
Dico enim vobis. non me vide-
bitis amodo donec dicatis.
Benedictus qui venit in nomine
domini. offertorium. Alleluia. Letatus sum
in his quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atriis tuis hierusalem.
Secreta. Suscipe domine munera pro eorum
sollempnitate sanctorum. ut sicut illos
passio gloriosos ita nos deuo
tos reddat in nouitate. P. qui
cola coll. dr. tuic dr. Postcommunio
adiuna. Cō. Quidquid celestis apostolis
et ihesu stantem a dextris virtutis dei
domine ihesu accipe spiritum meum et ne statu
as illis hoc peccatum quia nescierunt quid facerunt.
Auxilium nobis domine spiritum
sumpta multitudine et intercedente
beato stephano protomartire tuo
sempiternam pietatem consecutus.
Pō. In vigilia. sancti iohannis euangelistae.
Ego autem. pretium ut infra. In vigilia.
matheus. Iudice sancto iohanne.
In medio ecclesie aperuit os eius
et implevit eum dominus spiritu sapie
et intellectus stola glorie induit eum.
Ps. Bonum est confiteri domino et
psallere nomini tuo altissime. Oratio.
Ecclesiam tuam quesumus domine beati
iohannis illustra. ut beatus iohannes
apostolus tuus et euangelista illuminata
doctrinis ad dona pueniat
sempiterna. P. lectio libri sapientie.
Qui timet deum faciet bona.
et qui continens est iustitiae
apprehendet illam. et obuiabit illi
quasi mater honorificata. Cibabit eum pane vite et intellectus. et
aqua sapientie salutaris potabit
illum. Et firmabitur in illo et non
flectetur. et continebit illum et non con
fundet. et exaltabit illum apud
proximos suos. In medio ecclesie
aperuit os eius. et implebit eum